



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

83. Cum tria nuper &c. Decretum quo tria Summaria assertarum  
Indulgentiarum Confraternitatibus S. Rocchi concessarum proscribuntur,  
easdemque Confraternitates non aliis Indulgentiis gaudere posse ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

1712.

II.

## DECRETUM.

De Indulgentiis, quas gestantes Scapulare Conceptionis B. V. Immaculatae, & Cincturati Sancti Augustini, & Sanctæ Monicæ consequi possunt.

**P**ræcipuas inter curas, quibus Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praeposta sedulo incumbit, ea est, ut Indulgentiis, quæ a nonnullis interdum temerè evulgantur, maturè expendat, & quas, aut revocatas, aut falsas, & apocryphas esse deprehenderit, ne Fideles illarum asequendarum spe decipientur, palam detegat, atque prohibeat.

Cum itaque Sacra Congregationi delatum fuerit in libello quodam Veronæ impresso anno 1711., cui titulus: *Breve notitia del santo habito, che se dispensa da Padri Teatini ad onore dell'Immacolata Concezione di Maria Vergine in virtù d'un Breve Apostolico di Clemente X. confermato con altro del Regnante Sommo Pontefice in data dellì 12. Maggio 1710. Con le Indulgenze proprie; e dell'aggregazione alla loro Religione &c.* Plurimas Indulgentiias falso contineri, veluti à Summis Pontificibus concessas, aut quoquomodo communicatas, gestantibus Scapulare parvum cœrulei coloris, quod vocant Conceptionis Beatissimæ Virginis Immaculatae. Ideò re mature perpensà die 22. Februarii 1712. declaravit nullas alias Indulgentiias pro gestatione prædicti Scapularis acquiri, nisi illas, quas Sanctissimus Dominus Noster literis in formâ Brevis desuper editis die 12. Maii anno 1710. clementer concedit his verbis: *Omnibus, & singulis urinque sexus Christifidelibus, quibus Scapularia benedicta bujusmodi, ut prefertur, in posterum distribuentur, die, quo illa primaria suscepint, si vere penitentes, & confessi Sanctissimam Eucharistie Sacramentum sumperint, plenariam; Nec non eisdem in cajuslibet eorum, mortis articulo, si etiam vere penitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequerint, sedem contriti Nomen Jesu, ore si potuerint, fin minus corde devote invocaverint, itidem plenariam; Ac ipsis pariter vere penitentibus, & confessis, ac eadem Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictæ Congregationis, vel Capellani, sive Oratoriorum die festo ejusdem Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae a primis vesperis usque ad occasum solis diei bujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principiis &c. preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiis, & renissimum misericorditer in Domino concedimus. Infiper prædictis Christifidelibus etiam vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis Ecclesiis, vel capellani, seu Oratoriorum bujusmodi in aliis ejusdem Beatæ Mariae Virginis festis diebus, ut preferatur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenias de injunctis eis, seu alias quonodolibet debitis penitentiis in forma Ecclesie consueta relaxamus &c.*

Cumque pariter Sacra Congregationi innotuerit in alio libello Bononæ impresso anno 1707. qui inscribitur: *Sacro Diario delle gracie, e Indulgenze concesse alla Compagnia della Cintura detta di S. Agostino, e di S. Monica &c.* Multas pro Cincturatis referri Indulgentiias, quarum aliquæ, aut revocatae, aut falsæ omnino sunt; Ideo Sacra eadem Congregatio prædicta die 22. Februarii 1712. similiter declaravit, Cincturatos nullas alias Indulgentiias pro gestatione Cincturæ lucrari possunt, nisi illas, quæ expresse continentur in Brevi à san. mem. Clemente X. desuper edito, quod

incipit: *Ex injuncto Nobis cœlitus, dato die 27. Martii 1675.*

Et ut omnis in posterum erroris, ac deceptio- nis occasio auferatur, difficitè prohibuit, ne aliae Indulgentiæ voce, aut scripto publicentur pro gestatione supræmemorati parvi Scapularis, aut prædictæ Cincturæ præter eas, quæ in supradictis Brevibus Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. & sa. me. Clementis X. respectivè continentur. Ac insuper recensitos Libellos, alterum Veronæ, alterum Bononæ impressum proscribendos censuit sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis Sanctitas Sua Sententiam Sacrae Congregationis approbavit, & in omnibus servari jussit. Datum die 24. Februario 1712.

Fr. Thomas Maria Card. S. Clementis.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secr.

Die, Mense, & Anno, quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicationem fuit ad valvas Curiae Innocentiana, ac in Aci Campi Flora, & aliis locis solitis, & constiteris Urbis per me Jo. Baptista de Cappellis Apost. Curs.

Ludovicus de Cappellis Pro Mag. Curs.

## DECRETUM.

Quo tria Summaria assertarum Indulgientiarum Confraternitatibus S. Rocchi concessarum proscribuntur, easdemque Confraternitates non aliis Indulgentiis gaudere posse declaratur, nisi illis, quæ à san. mem. Paulo V. in Brevi dato 3. Novembri 1606. concessæ reperiuntur.

Cum tria nuper Indulgientiarum Summaria Sacrae Congregationi Indulgentiis, Sacrifice Reliquiis præpositæ delata fuerint, in quibus quamplurimæ Indulgentiæ aut falsæ, aut apocryphæ, aut nonnullis Romanis Pontificibus, signanter verò à sel. recor. Paolo V. Brevi dato 3. Novembri anni 1606. expresse revocatae continentur, & quod longè deterius est, multæ etiam facultates, & concessiones, & nonnulla itidem privilegia, aut pariter revocata, aut omnino confusa non sine magno Fidelium scandalo, & Animarum periculo temere evulgantur: Sacra eadem Congregatio, quæ fideli, ac prudenti coelestis Indulgientiarum Thesauri dispensationi præfet, die 12. mensis Martii labentis anni, re mature perpensà declaravit, Confraternitates S. Rocchi in quibusvis locis existentes, & Archiconfraternitati de Urbe aggregatas nullis aliis Indulgentiis, concessionibus, & privilegiis uti, & frui posse, nisi illis, quæ in supradicto Brevi sa. me. Pauli V. continentur, & quæ in aggregationibus ab eadem Archiconfraternitate expediri solitis de verbo ad verbum referuntur. Prædicta autem summaria, quorum unum ita inscribitur: *Sommario dell' Indulgenze concesse da Sommi Pontefici alla Venerabile Compagnia di S. Rocco di Roma, ed alla Compagnia di S. Rocco d'Ancona aggregata &c. In Ancona nella Stamperia Camerale 1661.* Alterum verò: *Sommario del Celeste Tesoro dell' Indulgenze, doni, grazie, facoltà, e privilegi concessi per molti Romani Pontefici, ed ultimamente confermati, ed ampliati dalla Santità di Nostro Signore Gregorio per la Divina Provvidenza Papa XIV. alla Ven. Compagnia, ed Ospedale di S. Rocco di Roma, da potersi concedere dalli Commissarii deputati a questo Sant' Offizio della pubblicazione di tante divine grazie a ciaschedun fedel Cristiano, che vorrà entrare nella*

1712.

III.

San-

1714.

Santa Confraternita di S. Rocco di Roma : In Roma appresso Paolo Blado Stampatore Camerale 1591. Tertium denique : Sommario del Celeste Tesoro dell'Indulgenze, doni, grazie, facoltà, e privilegi concessi &c. a ciaschedun Fedel Christiano che verà entrare nella Santa Confraternita di S. Rocco di Roma, & comunicare alla Confraternita del medesimo S. Rocco, e Sebastianino nella Chiesa della B. V. Maria di Loreto nelle Città di Roveredo : In Roma, ed in Roveredo, per Giuseppe Antonio Gojo 1712. Sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis proscriptibunda esse censuit, atque insuper districte prohibuit, ne aliae Indulgentie, concessiones, aut privilegia pro superdictis Confraternitatibus S. Rocchi voce, aut scripto evulgentur, nisi ea, quæ in saepe memorato Brevi Pauli V. concessa reperiuntur : Quam Sacrae Congregationis Sententiam per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatam Sanctitas Sua probavit, & executioni mandari jussit. Datum die 14. Martii 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die, mense, & anno, quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie Innocentiane, & in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Franciscum curia Bartholomum Apost. Curs.

Ludovicus Capellus Mag. Curs.

IV.

## DECRETUM

Quo declaratur Monasteria Monialium à curâ Regularem suorum Ordinum ad immediatam jurisdictionem Episcoporum translatâ, aut transferenda iisdem privilegiis, ac indulgentiis frui debere, quibus ante ejusmodi translationem fruebantur.

Iacet ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita non semel declaratum fuerit, nonnulla Sanctimonialium Monasteria, quæ antea sub gubernio Fratrum sui Ordinis degebant, per hoc, quod Episcopum loci subiecta deinde fuerint, privilegia, & indulgentias, quibus antea fruebantur nullatenus amisisse ; Tamen cum saepius alia etiam Monasteria, quæ simili modo sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translatâ sunt, idem ab Apostolica Sede declarari humiliter postulaverint ; ut nulla in posterum dubitandi ratio superf sit ; Eadem Sacra Congregatio re mature discussâ die 20. Aprilis 1711. declaravit : Monasteria omnia Sanctimonialia, quæ à curâ, & gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediatam jurisdictionem Episcoporum translatâ sunt in posterum transferri aliquâ ratione contingit, non idem privilegia, & indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore ; Sed eodem modo cunctis prædictis privilegiis, & indulgentiis, uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent. Quam Sacrae Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster die 22. ejusdem mensis approbavit. Datum Roma die 14. Maii 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die, mense, & anno quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie

Innocentiane, & in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Josephum Batiale Apst. Curs.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

1714.

## DECRETUM.

Quo bina Summaria Indulgentiarum, ut apocrypha, proscriptibuntur, eorumque usus interciditur,

V.

S Acra Congregatio Indulgentiis, Sacrissime Re. liquiis præposita die 13. mensis Julii anni 1714. matûre persensis duorum Indulgentiarum Summariis, quorum unum ita inscribitur : Sommario dell'Indulgenze, grazie, e doni concessi da molti Romani Pontifici, e nuovamente confermate dalla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XI. alla Venerabil Chiesa, e Hospitali di S. Maria di Monserrato di Catalogna, & alli Confratri, e Consorvo d'essa Madre Vergine. In Palermo presso Francesco Cicca 1714. Alterum vero : Sommario dell'Indulgenze concessa da diversi Romani Pontifici, ed ultimamente ampliata, & confermata da Nostro Signore Clemente XI. alli Fratelli, e Sorelle del Sacro Reale, e Militare Ordine, così dell'offerwanza, come dello Scatoli di Nostra Signora della Mercè. Opera della Redenzione de Schiavi Christiani fra gl'Infedeli. In Roma nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica. In Messina nella Stamperia della di Amico. Ed in Palermo per Felice Marino 1710. : Dictorum Summariorum usum interdixit, illaque prohibenda esse censuit sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Quibus Sanctissimo Domino Nostro die 18. ejusdem mensis Julii per me Secretarium relatis; Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis approbavit, & executioni mandari jussit. Datum die 19. Julii Anni 1714.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.

Die 19. Julii 1714. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilice Principis Apostolorum, Curie Innocentiane, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Remolatium Apost. Curs.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

## DECRETUM.

Quoad Indulgentias Rosarii, seu Coronis S. Brigittæ à Summis Pontificibus concessas.

VI.

Indulgentia, Rosarii, seu Corona, quas S. Brigitta vocant, à Summis Pontificibus concessa.

Eo Decimmo Pontifex Maximus per literas suas incipientes : Ex Clementi : datas Idus Julii 1515. concedit omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui per, & super Rosaria, seu Coronas S. Brigittæ devote oravent, pro qualibet Oratione Dominica centum dies, & totidem pro salutatione Angelicâ, & pro quolibet Symbolo, si dixerint, vel recitaverint, etiam centum dies Indulgentiarum : nec non pro quolibet psalterio (id est Rosario, aut corona quindecim Decadum Beatae Mariæ Virginis)

super